



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Iani Gvlielmi Verisimilivm Libri Tres

Gulielmus, Janus

Antverpiae, M. D. LXXXII.

Cap. III. Tagere. Tagaces. Peruenari. Truculentus Plauti correcta.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70877](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70877)

quibus merito criticus theta præfigat. Ausonius:
In' que tuis culpis tu tibi da veniam.
 Taxat nescio quem poëtam, cui sese adeò præferat,
 sua poëmata tantum veri affirmet hoc veru,
Et sola è multis nunc nostra poëmata ferri.

CAPVT III.

Tagere. Tagaces. Peruenari. Truculentus Plauti comæ.

BELLE ludit ancillula Truculento in adolescentum rapacitate, Scæna Ad fores auscultare: *scilicet*
 Si non bene legitur;

*Vnus eorum aliquis osculum amica vsque oggerit,
 Dum illi agant.*

Malim enim, *Dum illi tagant.* Tagere siue tangere est circumducere & furari est. Milite: *Tengetur gem clanculum.* Epidico: *Istis adeò te tetigit triginta annis.* Hinc tagaces Lucillio furaces. Hoc ergo ait, quodam congerronum amica; alios interibi rapinae operam sedulo dare. Scæna, Num tibi nam amica

mater ancillas iubet

Quoniam iam decimus mensis aduenat propè

Aliam aliorum ire, præmandare, & querere

Puerum aut puellam.

Nihil ad sententiam, *præmandare.* Emendationem tuam non extrico: nisi fortè scribit Plautus:

Aliam aliorum ire peruenari & querere.

Certè id verbum huic loco aptissimum, & vsus eorum Mercatore,

Defessus sum urbem totam peruenariet.

Ibidem paullò post:

Eum nunc non illa peperit, qua peperit prior;

Sed tu posterior. P. H. omnem rem tenes.

Ante M
 Varian Le
 LIII
 28

verba posteriore numeri non pleni sunt, & mea sententia nihil certius quàm excidisse hinc ob similitudinem litterarum voculam, scribendumque esse, *Sed tu posterior.* P. H. *ordine omnem rem tenes.*

Scæna Ne exspectetis.

— *adduce huc tu istas: sed ista regina domi sua fuere amba: verum patriam ego excidi manu.*
Tu te dono. penitet ne te quod ancillas iam?
 P. H. *Quin etiam ne insuper adducas quæ mihi comedint cibum.*

Locus & à personarum collocatione & à verbis corruptus. Docet vtrumque Donatus, qui simillima ait hæc Terentij Eunuchus:

An penitebat flagitij te auctore quod fecisset
Adolescens, ni miserum insuper etiam indicares patri?
 Plauti verba laudat; sed, vt nunc in libris est, corruptissimè: nos vestigiis, quàm potuit, proximè inherentes ita restituimus.

Tu te dono. P. H. *penitet ne te, quod ancillas olas alam,*
Ni insuper etiam adducas, quæ mihi comedint cibum?
 Quam fastidiret miles in commendandi munere, meretricula callidè eiusdem eleuandi; an, inquit, parum tibi videtur, familiam tantam, quam vides, alere? nisi adducas mihi etiam plures, quæ rem meam deuoerent. Ita scribisse Plautum, aut certè proximè, vt ego taceam, res loquitur.

CAPVT IV

Exante. Inante. Insuper habere. Superesse pro defendere.
Emendatus Appuleius & de Oratore Cicero.

Non grauabor ex Appuleio quoque maculas aliquot tollere, scriptore supra vulgi opinionem bono,
 C S & per-